



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 108. Dissidia Calvinum inter & Hieronymum Bolsecum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Pariter quædam veluti seditio contra Calvinum in templo S. Gervasii concitabatur; quidam enim Minister cuidam infanti Balthazaris nomen, quod ejusdem Patrini ei imponi petebant, attribuere, ac propterea Baptismum conferre renuebat, causatus, id ob quasdam rationes legibus esse prohibitum. Insuper præter hæc adversitates, quæ Calvinum undique obreuebant, gravem experiri cogebatur vexationem, quam in eum excitabat Hieronymus Bolsecus, qui olim Carmelita Parisiis in Ecclesia S. Bartholomæi plures errores divulgabat, depositoque cucullo trans alpes aufugiebat ad Renatam de Francia Ferrariæ Ducisfam, quæ commune erat asylum pro omnibus, qui ob novas sectas merito vexabantur.

§. CVIII.

Diffidia Calvinum inter & Hieronymum Bolsecum.

Hic idem Bolsecus Ferrariæ agens ar-
 ti medicæ operam dabat, moxque
 ducta uxore hanc urbem, qua vero ex
 ratione ignoratur, reliquit, ac Gene-
 vam contendit, ibi eandem, cujus ta-
 men haud admodum gnarus fuisse
 videtur, artem professurus; Beza
 enim refert, quod intra trium dierum
 spa-

Sæcul. XVI
 A.C. 1551.

Beza in vita
 Calvini ad
 hunc ann. &
 in apol. alt.
 ad Claud. de
 Xaintes
 oper. tom. 2.
 p. 345.

Sæcul. XVI. spatium Medicus evaserit ; quapropter
A. C. 1551. a ceteris Medicis omnino vilipensus
 Theologum agere constituit, ac pernicio-
 siosa dogmata circa Prædestinationis,
 & gratiæ mysterium clam disseminare
 cœpit, tandem vero eo temeritatis pro-
 lapsus est, ut publice etiam contra opi-
 niones Genevæ receptas declamare au-
 deret. Referunt nonnulli, quod hic
 idem Bolseci sermo nil nisi confutatio
 fuerit illius orationis, quam nuperrime
 die decima sexta Octobris Anno Salva-
 toris nostri millesimo quingentesimo
 quinquagesimo primo circa Spiritus S.
 gratiam auscultabat. Hanc in rem Pro-
 testantes eidem objectabant, quod Pe-
 lagii errores traderet, quamvis eorum
 nonnulli censerent, quod circa hæc my-
 steria Catholicorum doctrinam propug-
 nasset : porro cum a Calvini doctrina
 longe alienus esset, hinc idem re com-
 perta mox Bolsecum invisit, eumque
 primo sat modeste redarguebat, & po-
 stea illum ad se venire jussum ad mutan-
 das animi sententias inducere nitaba-
 tur. Verum Bolsecus hisce monitis pa-
 rum commotus circa prædestinationem
 contra adversarii sui opiniones decla-
 mare, suamque doctrinam constanter
 spargere haud destitit, unde Calvinus,
 cum quodam die illius sermonem aus-
 cultaturus secreto delitesceret, oratio-
 ne

ne ad finem vergente derepente profiliit, Sæcul. XVI.
A C. 1551.
atque ex Sacrae Scripturae, ac D. Augustini testimoniis, quæ tamen ipse
perperam ad suos errores detorquebat, novum hunc Præconem refellere aggressus est.

§. CIX.

*Bolsecus ex Genevensis Reipublicæ
ditionibus pulsus.*

Nec his Calvinus erat contentus, sed insuper ex Magistratu quemdam, qui huic Concioni intererat, eo adigebat, ut Bolsecum carceri mandari juberet. Verum utriusque causa maturius discussa datis etiam ad Helveticas Ecclesias literis earum sententiæ rogabantur, illis vero mentem suam hac super re pandentibus, Bolsecus tanquam seditionis, ac Pelagianæ Sectæ reus, & convictus a Genevensi Senatu declarabatur, atque ob hæc crimina e Reipublicæ ditionibus exulare jubebatur, indicta quoque publicæ fustigationis poena, si eo reverti præsumeret. Lata est hæc sententia die vigesima tertia Decembris Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo: Itaque Bolsecus ad vicinum quemdam locum Bernensis Pagi imperio obnoxium secedere compellebatur, cum vero ibidem palam enuntiaret, quod Calvinus

Hist. Eccles. Tom. XLI. O Deum